Conſervatoria Studij generalis Civitatis Valentiæ. XXI.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filijs Archidiacono, & Decano, ac precentori Eccleſiæ Valentiñ. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Militanti Eccleſiæ licet immeriti diſponente Domino præſidentes: circa perſonarum omniũ præſertim litterarum Studijs incumbentium earumque Collegiorum curam ſolercia reddamur indefeſſa ſoliciti, vt juxta debitum paſtoralis officij eorum occurramus diſpendijs, & profectibus divina cooperante clementia ſalubriter intendamus. Sane cum hodie ad ſupplicationem dilecti filij noſtri Ludovici Sanctæ Mariæ in via lata Diaconi Cardinalis qui Eccleſiæ Valentin. ex diſpenſatione, & conceſsione Apoſtolica preeſſe dinoſcitur, ac dilectorum filiorum communitatis Civitatis Valent. in eadem Civitate unum Studiũ generale in quo de cętero perpetuis futuris temporibus ſtudij Univerſitas exiſteret, ac tam in Theologia, jure Canonico, & Civili, Medicina, Artibus liberalibus, & Latinis, ac Gręcis litteris quam quavis alia licita facultate, in quibus ſicut in Romañ. Bononieñ. Salamanticeñ. & quibuſvis alijs Studijs generalibus ad hoc privilegiatis Eccleſiaſtici quæcumque, & qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica obtinentes ac laici Magiſtri Doctores, & licenciati, ac alijs graduati legerent, ac ſtudere volentes undecumque forent ſtuderent, & proficerent auctoritate Apoſtolica erexerimus, & inſtituerimus prout in noſtris inde confect. litteris plenius continetur. Sicuti eorundem Cardinalis, ac cõmunitatis inſinuatione percepimus dubitant ipſi Cardinalis, & Comunitas, ne aliqui

Archiepiſcopi, Epiſcopi,alijſque Eccleſiarum Prȩlati,& Clerici ac Eccleſiaſticȩ perſonæ tam Religioſæ, quam Seculares, necnon Duces, Marchiones, Comittes, Barones, Nobiles, Milites, & Laici communia Civitatum Univerſitates opidorum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum Locorum, & aliȩ ſingulares perſonæ Civitatum, & Diœc. & aliarum partium diverſarum occupent, & occupari faciant, Caſtra, Villas, & alia loca, terras, domos,poſſeſsiones,jura, & juriſdictiones necnon fructus, redditus, & proventus dicti Collegii, & nō nulla alia bona mobilia, & immobilia, ſpiritualia, & temporalia ad Univerſitatem ipſam ac Rectorem, Doctores, Magiſtros, & ſcolares dictæ Univerſitatis eorumque ſervitores pro tempore exiſtentes, & eorum ſingulos etiam pro tempore ſpectantia, & ea detineant indebite occupata ſeu ea detinentibus præſtent auxilium,conſilium, vel favorem: non nulli etiam Civitatum,& Diœc. ac partium prædictarum qui nomen Domini in vanum recipere non formidant eiſdem Rectori, Doctoribus, Magiſtris, Scolaribus, & ſervitoribus ſuper prædictis Caſtris, Villis,& locis, alijs terris poſſeſſionibus,juribus, juriſdictionibus, fructibus, cenſibus, redditibus, & proventibus eorundem, ac alijs bonis mobilibus, & immobilibus,ſpiritualibus, & tēporalibus,& aliis rebus ad Univerſitatem Rectorem, Doctores, Magiſtros, Scolares, & ſervitores hujuſmodi ſimiliter pro tempore ſpectantibus multiplices moleſtias, & injurias inferant ac jacturas. Quare tam Cardinalis, quam cōmunitas præfatis nobis humiliter ſupplicarunt ut cum eiſdem Rectori, Doctoribus, Magiſtris, Scolaribus, & ſervitoribus reddi poſſet difficile pro ſingulis quærelis ad Sedem Apoſtolicam habere recurſum providere eis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adverſus occupatores,detentores, prȩſumptores, & moleſtatores hujuſmodi illo volentes eiſdem Univerſitati Rectori, Doctoribus, Magiſtris, Scolaribus, & ſervitoribus præfatis remedio ſubvenire per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & alijs committendi aditus ſimilia præcludatur: diſcretioni vere per Apoſtolica ſcriptura mandamus quat. vos vel duo aut unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios etiam ſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis con-

ſer-

ſervatores, & judices præfatis Univerſitati Rectori, Doctoribus, Magiſtris, Scolaribus, & ſervitoribus pro tempore exiſtentibus ac eorum ſingulis efficacis deffenſionis præſidio aſsiſtentes non permittatis eos aut eorum aliquem ſuper his, & quibuslibet alijs bonis, & juribus ad Univerſitatem Rectorem, Doctores, Magiſtros, Scolares, & ſervitores hujuſmodi pro tempore ſpectantibus reſpectivè ab eiſdem, vel quibuſvis alijs indebite moleſtari, vel eiſdem gravamen, ſeu damna vel injurias irrogari facturi Rectori, Doctoribus, Magiſtris, ſcolaribus, & ſervitoribus præfatis: cum ab eis, vel procuratoribus ſuis aut eorum aliquo fuerit requiſiti de prædictis, & alijs perſonis quibuslibet ſuper reſtitutione hujuſmodi Caſtrorum, Villarum, terrarum, & aliorum locorum jurisdictionum, jurium, & bonorum mobilium, & immobilium, reddituum quoque, & proventuũ, & aliorum quorumcumque bonorum, necnon de quibuſlibet moleſtijs, injurijs, atque damnis præſentibus, & futuris: in illis videlicet quæ juditialem requirunt indaginem ſummarie ac de plano ſine ſtrepitu ac figura judicij: in alijs vero pro ut eorum qualitas exegerit juſtitiæ complementum: occupatores ſeu detentores præſumptores moleſtatores, & injuriatores hujuſmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles cujuſcumq. dignitatis ſtatutus, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint quomodocũq. & quotieſcũq. expedierit auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticã appellatione poſtpoſitam compeſcendo: invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Et nihilominus legittimis ſuper his habendis ſervatis proceſsibus illis quos cenſuras, & pęnas per vos pro tempore latas incurriſſe legitime conſtiterit, quoties opus fuerit iteratis vicibus agravare curetis. Et inſuper ſi per ſummariam informationem ſuper his per vos habendam etiam vobis conſtiterit quod ad loca in quibus occupatores, detentores, moleſtatores, & injuriatores hujuſmodi ac alios quos preſentes litteræ concernunt pro tempore morari contigerit pro monitionibus ipſis, & citationibus de eis faciendis tutus non pateat acceſſus: nos vobis citationes, & monitiones quaſlibet per edicta publica locis affigenda publicis, & partibus illis vicinis de quibus ſit veriſimilis cõ-

jectura quod ad citatorum, & monitorum hujusmodi notitiam pervenire valeant faciendi plenam, & liberam tenore præsentium concedimus facultatem, ac volumus, & prædicta Apostolica auctoritate decernimus, quod monitiones, & citationes hujusmodi ipsos monitos per inde artent ac si eis personaliter insinuatę, & intimatę extitissent, non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ Octavi prædecessoris nostri in quibus cavet. ne aliquis extra suam Civitatem, & Diœc.nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam à fine suæ Diœc. ad juditium evocetur, seu ne judices, & conservatores à sede deputati prædicta extra Civitatem, & Diœc.in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, sive alij, vel alijs vices suas committere aut aliquos ultra unam dietam à fine Diœc. earundem trahere præsumant, & de duabus dictis in Concilio generali editas seu quod alijs quam manifestis injurijs, & violentijs, & alijs quæ judicialem requirunt indaginem pęnis in eos si secus egerint, & in id procurantes adjectis conservatores se nullatenus intromittant quam alijs quibuscumque constitutionibus, à prædecessoribus nostris Romañ. Pontificibus, tã de judicibus delegatis, & conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad juditium non vocandis, & alijs editis quæ vestrę possent in his parere jurisdictioni aut potestati ejusque libero exercicio quomodolibet obviare, seu si aliquibus communiter, vel divisim à prædicta sit Sede indultum quod excõmunicari, suspendi, vel interdici seu extra, vel ultra certa loca ad juditium evocari non posint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, & eorum personis locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia indulgentia dictæ sedis generali, vel speciali cujuscumque tenoris existat per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam vestrę jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis, & quibusvis alijs privilegijs, indultis, & litteris Apostolicis quibusvis alijs Universitatibus Studiorum generalium, Ecclesijs, Monasterijs, Ordi-

dinibus, & alijs perſonis communiter, vel diviſsim ſub quibuſvis verborum formis, & clauſulis etiam derogatariarum derogatorijs alijſque fortioribus efficatioribus, & inſolitis irritantibuſque decretis conceſsis, & confirmatis, quibus etiam ſi pro eorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per generales clauſulas id importantes mentio ſeu quævis alias expreſsio habenda foret, eorum tenores pro ſufficienter expreſsis habentes ac vice dumtaxat: illis alias in ſuo robore permanſuris harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Cęterum volumus, & prædicta auctoritate decernimus quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum quã vis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus: quodque à data præſentium ſit vobis, & unicuique veſtrorum in præmiſsis omnibus, & ſingulis ceptis, & non ceptis, præſentibus, & futuris perpetua poteſtas, & juriſdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate poſitis in præmiſsis omnibus ceptis, & non ceptis, & pro prædictis procedere ac ſi prædicta omnia, & ſingula coram nobis cepta fuiſſent, & juriſdictio veſtra, & cujuſlibet veſtrorum in prædictis omnibus, & ſingulis per citationem vel alium modum perpetuata legitime extitiſſent, conſtitutione prædicta ſuper conſervatoribus, & qualibet alia in contrarium edita non obſtante, præſentibus, perpetuis, futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice milleſimo quingenteſimo decimo Kalendis Februarij, Pontificatus noſtri anno nono. ------

Es copia de la que ſe halla en el Libro de Fueros, y Privilegios de eſta Ciudad, y Reyno de Valencia, deſde el folio doſcientos veinte y tres, haſta el doſcientos veinte y quatro, baxo la rubrica Privilegios de Fernando Segundo, con que concuerda, à que me refiero; de que para que conſte donde convenga, en virtud de Acuerdo de eſta IluſtreCiudad, doy la preſente, en Valencia, en veinte y cinco dias del mes de Octubre de mil ſetecientos y diez y ocho años.

dinibus [illegible] suis qui-
[illegible] de[illegible] earum
[illegible], & [illegible]
[illegible] & consonantiis, nullis
[illegible] de illis eorumque
[illegible] & individuis, ac
de [illegible] per generales clausulas id
importantes mentio [illegible] facienda fo-
ret, contentus [illegible] habemus ac vi-
ce duntaxat [illegible] harum
serie [illegible] volumus,
& praedicta [illegible] quibus vestrum
praedictis [illegible] quā-
vis [illegible] executio prae-
pedita: quodque [illegible] & indicti-
que vestrorum [illegible] & singulis coeptis, &
non coeptis, praesentibus, & futuris perpetuis penitus, & ju-
ri [illegible] attributa, ut eo vigore eaque firmitate polleis in
praemissis omnibus coeptis, & non coeptis, & quo praedictis
procedere [illegible] & singula coram nobis
coepta fuissent, & [illegible] vestrorum
[illegible] & singulis per [illegible] vel alium
[illegible] legitime extitissent [illegible] prae-
dicta [illegible] & qualibet alia in contrarium
[illegible] praesentibus, perpetuis, futuris tempo-
ribus valituris. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno
Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo decimo
Kal. [illegible], Pontificatus nostri anno nono. ------

El qual dicho [illegible] en el Libro de Fueros, y Privilegios de esta Ciudad y Reyno de Valencia, desde [illegible] quatro y tres, hasta el doscientos [illegible] Segundo, con que concuerda [illegible] de que para que conste en virtud [illegible] en Valencia, en veinte y cinco dias del mes de [illegible] de mil setecientos y doze y ocho años.